

stagnum in Stokes ad nocumentum liberi tenementi Johannis de Lande in Esse post primam coronationem regis nunc etc.

Et prior venit et dicit quod non fuit attachiatus nec aliquis alius de predictis, quia breve venit ita tarde. Et preterea recognitores dicunt quod nullum fecerunt visum de stagno illo. Et ideo datus est eis dies apud Sanctum Eadmundum hac instanti die Martis, et etiam omnibus recognitoribus sine essionio: et ipsi interim faciant visum etc.

Post venit Johannes et retraxit se. Et ideo ipse et plegii de proseguendo in misericordia, scilicet Gilbertus filius Roberti de Huneden et Willelmus filius Galfridi de eadem villa. Et Johannes fecit finem pro misericordia pro se et sociis suis per x. solidos, quia testatum est quod pauper est. Et prior et alii inde sine die.

## 463

*Essex'*. Preceptum fuit vicecomiti quod una cum coronatoribus diligenter inquireret qui injurias et dampna intulerunt Johanni persone de Alffameston' et quibusdam serventibus Johannis de Florentin archidiaconi Norwic' et attachiaret eos per corpora eorum quod essent coram justiciariis apud Chelmerford' etc.

Et vicecomes attachiavit Johannem personam de Lagemerse Galfridum Colfox et Galfridum le Futur Laurentium Crick, qui veniunt. Et Johannes dicit quod est clericus. Et super hoc venit Johannes clericus domini Londoniensis episcopi et petit curiam Christianitatis: et committitur ei usque ad octabas sancti Michaelis apud Westmonasterium, quia littere procuratorie, quas episcopus transmisit de eo constituendo procuratore, minus sufficientes sunt. Et preceptum est vicecomiti quod sufficientem capiat securitatem de aliis tribus, ita quod securus sit habendi eos apud Westmonasterium ad predictum diem. Et interim diligenter inquirat qui fuerunt alii qui interfuerunt predictae transgressioni et illos habeat ad predictum diem; et catalla ipsius Johannis persone de Alfameston' et aliorum pauperorum (*sic*) hominum qui vulnerati fuerunt et qui secuntur cum eo ab eis ablata eisdem reddi faciat. Inquisivit etiam vicecomes quod Robertus de Wadingefeuld Gilbertus de Launseles Robertus frater ejus Mauricius le Hayward de Subbir' et Milo serviens Comitisse de Subbir' interfuerunt transgressioni; sed manent in comitatu Suff'. Et ideo preceptum est vicecomiti quod habeat eos apud Westmonasterium ad predictum diem. Et vicecomes alios qui interfuerunt et manent in comitatu suo arestari faciat et attachiari ita quod securus sit habendi eos apud Westmonasterium ad predictum terminum.

## 464

*Oxon'*. Ricardus filius Picoti de Norton', qui fugit ad ecclesiam de Bradewell' propter latrocinium, cognovit latrocinium suum coram W. de Ralegh', et abjuravit regnum. Et elegit portum de Portesmuwe. Habuit spatium octo dierum et a die sancti Lamberti etc. Et omnia ista mandantur vicecomiti Oxon' etc.<sup>1</sup>

---

<sup>1</sup> The last membrane (No. 19) was probably the cover of the roll. It contains the words *Abbr' per J. T. and Abbr' per . . . 1646* together with several other endorsements confirming the date of the roll.